MONUMENTA
GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.
(Registrum episcopi Lubicensis)

hominem in clericatum non ſuſcipi niſi quinque epiſcoporum deſignet cyrographum

Innocentius natione albanenſis ex patre innocentio. ſedit annos XV. menſes II. dies XX. et ſepultus eſt in cimiterio ad urſum pilleatum. Hic conſtituit natum de chriſtiano renaſci per baptiſmum. et ſabbato ieiunium celebrari. quia domino in ſepulchro poſito diſcipuli ieiunaverunt.

Zoſimus natione grecus ex patre abraimo. ſedit annum ~~unum~~ I menſes VIII. dies XXV. et ſepultus eſt via tiburtina iuxta corpus beati laurentii. Hic conſtituit diaconos leuas tectas habere de pallis linoſtimis. et per parrochias conceſſa licentia cereum benedici. et nullum clericum poculum in publico propinare niſi tantum in cella fidelium maxime clericorum

Bonifacius. Ius natione romanus ex patre iocundo presbitero. ſedit annos III. menſes VIII. dies XIII. Finit tempore honorii. et ſepultus eſt via ſalaria iuxta corpus beate felicitatis. Hic conſtituit ut nulla mulier aut monacha pallium ſacratum contingeret. aut lauaret. aut incenſum poneret in eccleſia. nec miniſtrum nec ſervum clericum fieri. nec obnoxium curie vel cuilibet rei.

Celeſtinus natione romanus ex patre priſco. ſedit annos VIII. menſem I. dies VIIII. et ſepultus eſt in cimiterio priſcille via ſalaria. Hic conſtituit ut pſalmi .CL. ante ſacrificium muſico ſono pſallerentur antiphonatim ex omnibus quod ante non fiebat. ſed tantum epiſtole pauli recitabantur et S. evangelium.

utrosque

a) post add. c.

Archadius et Honorius

1) Quod Karolus confirmasse dicitur; Transl. S. Magni, II. SS. p. 425.

Theodoſius cum Valentiniano

a) XXIII
b. i. XXIII corr. XX corr. XIII.

Valentinianus

cum

et S. Afre tradidit, ſicut ipſe rex privilegio proprio roborari fecit 1). Inde agnoſci poteſt ſedem epiſcopalem tam ad S(anctam) Afram quam ad S(anctam) Mariam tunc temporis fuiſſe, dum reges ea quae epiſcopatui dederunt tam ad S(anctam) Afram quam ad S(anctam) Mariam conſcribi fecerunt. Canonici autem S(ancta) Afre rebus eccleſie ſue libere potiti ſunt, ut hodie canonici S(ancte) matricis eccleſie ſuis libere utuntur. Nec aliquid iure de his epiſcopatui ceſſit. Fundus ergo beate Afre non alia ratione attinet epiſcopatum, niſi ut predictum eſt. Non enim ab epiſcopatu fundatus

Iohannes.
110us Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quondam in episcopum ordinatus et postmodum papa effectus, ipsum defunctum in tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.